



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

77 Vt Officialivm Delegati Sev Synodales iudices illicitos e domibus
ce[n]sus exigant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

tenti, non etiam ampliore iusto, peccatibus egregij illi, mas
leq; officiosi Officiales extorqueret pecunie summam, dupli
ciq; delinquentes puniret poena. Qua re, miru q; multi offen
dantur. Quod q; iniquum, q; lōge a Christi instituto sit alie
num, cuiq; sanę mētis coniectura assequendum relinquitur.
QVOMODO FVNESTAE PECVNIAE INTVITV
ecclesiastici iudices & officiales illegittimas cohabitationes
& vsuras tolerant.

75 Præterea officiales auri sacra pellecti fame, vsuras ac pe
cuniæ foenus illicitum, nedum non interdunt, sed & passim
permittunt, fouent, ac tutantur. Insuper etiam clericos, reli
giososq; & sæculares, accepto ab eisdem annuo censu, pub
lice cum suis concubinis, pellicibus, & alijs id genus meret
ricibus, illegittime cohabitare, liberosq; procreare sinunt.
Quę res ambę quantū scādali, periculi, detrimenti, fortunis,
animabus & corporibus pariant, non est quod recenseatur,
quum nemo id, nisi talpa cæcutiat magis, non videat.

76 Præterea contingit aliquando, q; alter coniugum, belli, vo
torum, seu alia quapiam causa peregre proficiscatur; qui si
aliquando diutius, q; alterius conferat libidini, absit, tum offi
cialis alteri; pacta tamen numerataq; prius mercede fati ma
gna: cum alia victitare persona ac cohabitare indulget, non
præhabita prius diligentī vestigatione, superstes ne sit abiēs
coniunx, an naturę cōcesserit. Et ne hoc eorū factū a quoq; cas
lumniari posset, tolerantię nomen ei, nō sine magno mortalium
offendiculo, sanctiq; matrimonij contemptu indiderunt.

VT OFFICIALIVM DELEGATI SEV SYNODA
les iudices illicitos e domibus cēsus exigant.

Et hoc Germanis posthac non ferendum onus est, q; syno
77 dales iudices quarundam regionū oppidula & vicus ostias
tim peragrant, censusq; e domibus annuos exigunt; quos
vbi tenuis plebecula persolvere nequit, protinus cum excō
municationis iaculis petitur, ad eorum quoq; censuum cum

Summa rei familiaris attritione atq; attenuatione compelli-
tur. Quod si penitus amoueri non potest grauamen, aliquo
saltem sine ad æqui boniq; regulam coherceatur.

QVO PACTO HEBDOMADARIA PECVNIA
a mechanicis exigatur.

Pari modo proxime memorati iudices, quibusdam in lo- 78
cis a stabularijs, pistoribus, lanijs, propolis, molitoribus,
eiusdemq; generis mechanicarū artium professoribus, qua-
libet septimana pecuniam postulant; qua forte per inopiam
non soluta, ecclesiastico ad id fulmine adiguntur.

DE INIQVIS ECCLESIASTICORVM
arestis, vt vocant, & impedimentis.

Non mediocrem item superioritatis & iurisdictionis tem- 79
poralis iacturam Cæsarea Maiest. Romanumq; Imperium
patitur, ex male obseruata hactenus pluribus in locis, diu-
turna cōsuetudine; videlicet, q̄ ecclesiastici iudices, vbi inter
duos laicos ciuilis orta est controuersia, ad alterius partis pe-
titionem literas inhibitorias emittunt, quibus alteri partium
mandant, ne inceptam coram sæculari, seu suo iudice litem
prosequatur, sed in ecclesiastico coram sese iudicio compare-
at. Cui mandato vbi pars vocata obtemperat, & se suamq;
causam ad suum ordinarium iudicem remitti in iudicio pe-
tit; tum primum libellus, articuli, exceptiones, replicæ, dupli-
cæ, & c. id genus scripturæ, vtrinq; producuntur, quibus, re-
liquisq; actis & agitatibus, perlectis, numeratisq; potius, q̄ pon-
deratis, tandem interloquuntur, cōtrouersiam coram se ven-
tilandam esse. Cui sententiæ propterea velint, nolint, pare-
re coguntur; etiamsi maxime ea grauentur, q̄ appellationem
ad curiam Romanam interpositam, ob immensos, tum la-
bores, tum impensas prosequi nequeant. Neq; enim cuius
commodum est, adire Romam. An vero talibus, similibusq;
sententijs se suspectos reddant, nec ne, cuiuslibet bono viro
coniiciendum relinquitur. Vnum hoc certum est, q̄ ex iam